

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1163

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

in Criechesheim, curiam in Bishovesheim cum agris et vineis, curiam et vineas in Rodesheim, curiam in Muzecha cum agris et vineis et pratis, vineas in Mollesheim, curiam in Ergersheim cum agris, pratis et vineis, vineam in Egensheim, curiam in Utenheim cum mansis et curiis eidem attinentibus, in Eggeboldesheim curiam et alias curtes cum banno, mansis, molendino et piscatione, pratis et nemoribus, curiam 5 in Huspergen superiori cum banno et mansis, curiam in Huspergen inferiori cum banno et mansis, in Adelhardeshoven curtem cum banno, mansis et pratis, in Lutpotesheim curtem et tres mansos, curtem in Illenkirchen cum mansis, pratis et nemore, curtem in Tubinheim cum mansis, cum aliis duobus mansis custodis, in Gugenheim curtem cum duobus mansis custodis, curtem in Husgerûte cum mansis, 10 pratis et silva, in Nidekwilre 4 mansos, mansum in Belhen, mansos in Rinstete, in Stuzesheim mansos duos, dimidium mansum in Cunegeshoven, ecclesiam sanctę Aurelię cum decimis et curte et hortis, 15 curtes fratrum, quas ipsi inhabitant et unam, quę dominicalis dicitur, juxta claustrum et curiam, quę fuit Heinrici Kichen, et alias curtes, de quibus census datur, item duos hortos in civitate custodis cum 15 decimis sancti Thome in Adelharteshoven et decimis ultra aquam Bruscam a Kaldaha usque ad Goltgiezen¹ cum omnibus aliis, quę vel nunc possidet vel in posterum juste et rationabiliter poterit adipisci, in nostram tuicionem suscepimus et auctoritate nostra prefatę eccliesię confirmavimus statuantes et firmiter precipientes, ut nulla ecclesiastica secularisve persona, magna vel parva, in predictis bonis vel possessionibus 20 suis de cetero eam gravare vel aliquo modo perturbare presumat. si quis autem huic decreto nostro obviare attemptaverit, 10 librarum auri purissimi pena multetur, dimidietate camere nostre et reliqua parte predictę eccliesię inferenda. quod ut verius credatur et ab omnibus ratum semper et inconvulsum habeatur, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri jussimus 25 adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hæc sunt: Henricus Wirzburgensis episcopus², Eberhardus Babenbergensis episcopus³, Cunradus Eistedensis episcopus⁴, Nicolaus Cameracensis episcopus⁵, Adam Eberacensis abbas, Marquardus Fuldensis abas, Hermannus Herisfeldensis abas, Nicolaus Halsbrunensis abas, Henricus sacri palatii prothonotarius, Fridericus dux Suevorum⁶, Ludewicus lantgravius Thuringię⁷, 30 Otto palatinus comes de Witelinesbach⁸, Marquardus de Grumbach, Henricus mariscalcus, Bertoldus triscamerarius et alii quam plures.

: Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. : (M.)

Ego Cristianus cancellarius vice Cunradi Maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

¹ Ueber die Lage dieser Oertlichkeiten vergl. Silbermann Localgesch. d. Stadt Straßb. S. 140.

² Heinrich II von Bergen und Andechs Bischof von Würzburg, 1159—1165.

³ Eberhard II von Baiern Bischof von Bamberg, 1146—1172.

⁴ Conrad von Marsberg Bischof von Eichstedt, 1153—1171.

⁵ Nicolaus Bischof von Cambrai, 1137—1167.

⁶ Friedrich IV Herzog von Schwaben, 1152—1167.

⁷ Ludwig II Landgraf von Thüringen, 1140—1172.

⁸ Otto VI Pfalzgraf, 1155—1189.